

HIST. ZARINGO-BADENSIS. 279

II.

DISPENSATIO JOHANNIS XXII. INTUITU MATRI-
MONII FRIDERICI MARCHIONIS DE BADEN CUM
MARGARETHA COMITE DE
VEHINGEN.

A N N O M C C C X X I V.

Ex Origināli.

JOHANNES Episcopus fervus fervorum DEI. Venerabili Fratri.....
Episcopo Spirensi *a)* salutem, & Apostolicam benedictionem. Ex-
hibita Nobis pro parte dilecti filii nobilis Viri Friderici Marchionis de
Baden, & dilectæ in Christo filix Margarethæ *b)* Domicellæ natæ dile-
cti filii nobilis viri Conradi senioris Comitis de Vehingen tuæ Diœcesis
petitio continebat, quod ipsi ad submovendum, & amputandum omnium
discordiarum, & guerrarum materiam evitandum cædes Personarum,
quæ possent, si matrimonium dictæ Margarethæ ad Personas deveniret
extraneas verisimiliter exoriri, & pro bono pacis interveniente *commu-*
nium tractatu amicorum & Confanguineorum ipsorum intendunt invi-

a) Episcopus Spirensis tum fuit Beringerus Euringius, qui Conrado Scharffen-
neccio anno præcedente successerat.

b) Margaretha hæc sponfa vel uxor fuit Friderici II. de quo vide supra Tom. II.
pag. 33.